

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect IX. De beneplacito æterni Patris in nato sibi filio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

chium ejus dominabitur. Ille ipse Dominus exercituum videtur jam d'ecisise, & multum laborare; jam à pauperibus opinionibus investigatur & inventur; jam quidē venit, sed infirmus, & brachia ejus ligata sunt.

*Iob. c. 12. vers. 10.
Iacob. c. 22. v. 12. & 14.
Idem c. 25. v. 2. & 3.
Pf. 49. v. 1.
10. 11. & 12.
Psalm. 79. v. 2. & 5.
Psalm. 98. v. 2. & 5.
Pf. 103. v. 2.*

Deus in cuius manu anima omnis viventis, & spiritus universa carnis hominis. Deus excelso celo, qui super stellarum verticem sublimatur, qui circa cardine eadi perambulat. Apud quem potest, & teor, qui facit concordia in sublimibus suis, cuius militum non est numerus. Deus deoꝝ, Dominus, cuius sunt omnes fera silvarum, jumenta in montibus & boves, qui cognovit omnia volatilia cali, cuius est orbis terra & plenitude ejus. Dominus Deus virtutum, qui sedet super Cherubim. Dominus in Sion magis, & excelsus super omnes populos; cuius scabellum pedum adorandum est, quoniam sanctum est. Dominus Deus noster, qui amictus est lumine sicut vestimenta, qui extendit celum sicut pellam, qui tegit aquas superiora ejus; qui ponit nubes ascensum suum, qui ambulat super penas ventorum: qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignes urentes; qui fundavit terram super stabilitatem suam, qui omnia fecit in sapientia, et ius omnia opera magnificata sunt. Dominus Deus exercituum, Deus solus omnium regnum terrae, qui fecit celum & terram. Cui celum sedes, & terra scabellum pedum ejus. Hic ille ipse jam inter pecudes jacet, praesepiolo cingitur, linteolis ambitur, cavae clauditur, ab hominibus tangitur, virgineo late pascitur. Et nonne oꝝ Deus noster, tu es ille ipsissimus, qui per Hieremiam Prophetam promulgari

*Isa. c. 37. vers. 16.
Ij. c. 66. vers. 1.
Hier. c. 23. v. 23. & 24.*

justiti: Putasse Deus ē vicino ego sum, & non Deus de longe? si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum? Numquid non celum & terram ego implo? dicit Dominus. Verè jam oꝝ amantisime Domine, verè Deus ē vicinus es, nec adeo multum loci occupas, qui angustum praesepiolum non satis exples.

En igitur ille Princeps pacis, qui senties in legere prifca Dominus exercituum appellatus; ille ipse qui Moysi leges dedit inter fulgura & tonitrua; qui pluis super Sodomitam & Gomorram sulfur & ignem de celo, jam sine fulvere & igne, sine tonitu & fulmine in obscuro silentio adeat ipsius. Hic ille Imperator est cuius armamentaria paratus bellici & telorum plena, jam sine tumultu & strepitu velut in occulto venit mitissimus & hominum insimus. Arrogantiam retundens Seneca, Nimiris nos sufficiimus, inquit, si digni nobis videmur, propter quos hac tanta moveantur. Qui hominem confit indignum cui celestia corpora famulentur, quid demum diceret ad hæc, si celestium corporum conditorem ipsum cerneret in vilen se felulum obtulisse, piscatorum pedes lavisse, inter latrones peperdisse? Et quam admirandum illud, hunc Infans usi rationis & intelligentiae perfectissimo fuisse, atque ullus virorum esse potest; nihilominus omitem oris & corporis compositionem, omnem motum, omnemque actionem nihil ab infantia diversi habuisse, idque non initiatione, aut simulatione, sed re ipsa, ut indoles aliorum est Infantum.

*Eucherius Lugdunensis
Præsal in hom. vixit is anno 440.
Zob c. 9. v. 13.*

Exclamat Eucherius: O pietas immensa, o bumbilis ineffabilis, o sacramentum inenarrabile! Deus homo sit, eternus temporalis, immensus localis, immortalis passibilis; pannis involvitur, qui celi ambitu non continetur. Quis audivit umquam tale? quis videt huic simile?

En ergo, hic ille Infans est, cuius ira nemo potest resistere, & sub quo curvantur, qui portant orbem. Hic ille est, qui tonabit vox magnitudinis sua, & non investigabitur, cum auditu fuerit vox ejus: tonabit in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia, qui facit mirabilia magna solus. Et quis aspexit, quæ hic ipse bellator Dominus preparavit in tempus hostis, in diem pugnae & belli? Iam tamen mansuetissimus adeat, & placidissimus Princeps pacis. Iam illud est ævi, quo gladii conflentur in vomeres, & lanceæ in falces. Iam gentibus pacem loquitur, nam pœnitentiâ promulgat, quâ obtinetur vera pax,

A & regnum Dei annuntiat, quod est æterna pax. Et adeo hic pacis auctor amat pax, ut vel inter duos suo nomine conjunctos futurus sit ipse tertius. Nemo suam ipse pacem turbet, nam etsi non domus tota vel tota civitas pacem admittat, sat is est, si duo solum Christi nomine consentiant, tertius illorum est hic amator pacis, Christus Dei Filius, pax, serenitas mentis, amoris vinculum, consortium charitatis. Hæc est, quæ simulantes tollit, bella componit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis placidissima. Nec extellit novit, nec inflatur. Hanc qui accepit, teneat; qui amavit, repeat. Ad hereditatem Domini non poterit pervenire, qui pacem noluerit observare. Nec concordiam habebit cum Christo, qui discors esse voluerit cum Christiano. Disertissime Augustinus, Fai justitiam, inquit, & habebis pacem, ut osculantur se justitia & pax. Si enim non amaveris justitiam, pacem non habebis. Amant enim se duo ista, justitia & pax: osculantur se, ut qui fecerit justitiam, inveniat pacem osculantem justitiam. * Dua amicis sunt forte unam vis, & alteram non facit. Nemo est enim qui non vult pacem, sed noui omnes volunt operari justitiam. Interroga omnes homines: Ultis pacem? Vno ore tibi responderet totum genus humanum. Opro, cupio, volo, amo. Ama & justitiam quia ducit amicam. Ne amicis sunt justitia & pax. Justitia & pax ipse osculantur. Si amicus pacis non amaveris, non amabit te pax, nec veniet ad te. Quid enim magnum est desiderare pacem? Quiris malum desiderat pacem. Bonum enim res est pax. Sed fac justitiam, quia justitia & pax se osculantur, non lignant. Tu quare litigas cum justitia? Ecce justitia dicit tibi: Ne furieris, & non adulteris. Ne adulteris, & non vis audieris. Non facias alteri, quod tu pati non vis. Inimicus es amico meo, dixi tibi pax, quid me queris? Amica sum justitia: quemcumque invenero inimicum amice mea, non ad illum accedo. Vis ergo venire ad pacem? fac justitiam.

Ergo pacem sequimini cum omnibus. Si Dei vocantur filii qui pacem amant, procul dubio satana sunt filii, qui pacem turbant. Cum virtus nostris, nō cum fratribus nostris litigemus. * Pax Christi exultet in cordibus nostris.

S. IX. De beneplacito æterni Patris in nato fibi Filio.

Questionem ponens Parisensis de scipio Christus, Quid vobis videtur, inquit, de Christo, cuius filius est? Ad questionem hanc variè responsum. Pharisæus hoc unum occurrit dicere, Filium esse David. Non adeo male. Ita clamarent caeci: Miserere nostri, filii David. Ita Chananea: Miserere mei, fili David. Ita Iudei turbæ, & inter has pueri: Hosanna filio David. Ita Angelus: Dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus. Ad questionem istam Iudæi ceteri responderunt: Maria & Iosephi esse filium. Ita illi passim dictabant: Non Maria hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria? Nonne vero hic est Iesu filius Joseph, cuius non novimus patrem & matrem? Ad eandem questionem longè alter Peter, Tres, inquit, Christus filius Dei vivi. Ad hanc ipsam questionem Pater æternus pronuntiavit de celo: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Virgo Dei genitrix, quid aliud ad questionem hanc responderet, quam paternum illud: Tu es Filius Meus dilectus, in te complacuit mihi.

Et quid nos omnes ali ad hanc questionem habemus dicere? Quis ejus est animi, ut animosè auctor respondere: Meus est filius, meus est, meus, meus. Respondens firmamentum est Christi dictum: + Quicumque servat voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse meus frater, & servor, & mater est. Hoc Christus non in speciem, sed postmodum ambagibus scribit, rectissimum in dicendo pronuntiavit: Quisquis voluntatem Patris mei fecerit, hic & mea non solum meus frater, & mea soror, sed & mater.

mea est. *Hunc igitur matri jure licebit dicere: Christus meus est filius. Iesu bone, quanta dignitas est nostra? si causa nostra non ipsi turpiter indormiamus.*

Porrò caelestis Pater non tantum filium, sed & orbem totum, die Natali Filii, his verbis allocutus censeri potest. His est filius meus charissimus, audite illum.

Omnis imò Angelus cum Gabriele Archangelo ad Domini Natalem concinuisse censendi: Hic ille, qui modò in pafepi jacet Infantulus, erit Magnus, & filius Aliissimi vocabitur; & dabit illi Dominus Deus sedē David patrem eius, & regnabit in domo Jacob in aeternū, & regni eius non erit finis. Interim & ingratissimus mundus vociferatur: Nōnne hic est faber, filius Mariae, frater Iacobi & Ioseph, & Iude, & Simoris? Nōnne & sorores eius hic nobiscum sunt? & scandalizabantur in illo. A Nazareth potest aliquid boni esse? Quomodo hic litteras scit, cum non dicieris? Hęc ingratorū hominum gratulationes, hi mundi sunt applausi. Qui Christum odisse horret, voluntati divinae ita se attemperet in omnibus, ut pro se quisque austus dicere: Mi amantissime Iesu, tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Bonus profectus filius, si bonam reperit matrem.

§. X. Christi Nascentis & morientis; exordii vita ac finis comparatio.

Nascitur Christus infans & mutus; proximus morti pariter obmutescit, nec pro infante tantum, sed & stulto habetur. Coram Matre nudus nascitur: coram omnibus in cruce nudus moritur. Nascitur non reperit locum in diversorio; moritur non habuit lepichrum nisi commodatum in vicino horto. Nascens pro cunibulis præsepe, moriens pro leculo habuit crucem. Nascens saltem stabulū habitationis, saltem stramen semesum habuit arcendo frigori; at verò moriens nec pulvillum capiti, nec loriculum vulnerato corpori inventi, Nascenti aqua calida instruens thermis, morienti defuit frigida restinguenda fuit. Natus à Matre infinitum involucris, moritur ab Herode ueste albā, mortuus à Iosepho sindone mundā involutus est.

Si tempus spectemus, nascitur Christus sub mediā noctem, nocte in diem versā; moritur sub medium diem, die in noctem revertat. Natus panniculis involvitur, fasciis ligatur, moriturus fimbriis stringitur, & clavis figitur. Natus lacrymas profudit, nec illas moriturus tenuit, sed sanguine purpuratas auxit. Natus lac Virginis bibit: moriturus fel & acetū gustavit. Fector stabuli nascientem, Calvarie graveolentem morientem affixit. Inter duas pecudes vitam exorsus est; inter latrones duos camdem finit. In pafepi contemptus, pauper, parvulus; in cruce nec homo quidem, sed vermis & opprobrium hominum, & abjectio plebis est haditus. Nascitur sub Augusti, moritur sub Pilati & Tiberii imperio.

Nascitent exoriensts stella prædicat, moriente sol se abdets & fugiens deplorat. Natus ab Angelis laudatur; moriturus ab omni hominum genere illufionibus & maledictis violatur. Nato Reges ab oriente munera ferunt; moriturus carnifices ut falsum regē sponis incingunt. Judicrio sceptro insigniunt, omnibus ignominis illudunt. O mi amantissime Deus, qualis hic in vitam ingressus, qualis exitus, quale hoc exordiu, qualis epilogus? Cresce, Puer suavissime, jam exacutus culter, quo circumcidaris. Proxima est in Ägyptum fuga, vicinæ solitudines horridæ, prolixa jejunia, tentationes seriae, probra & maledicta creberima, infectiones atrocissime, itinera perpetua, labores infiniti, dolores incredendi, verbera sine numero, vulnera sine malagitate ac fomento; jam vepres & clavi, jam crux & lancea in te parantur. Nunc calice amarissimum primoribus labellis libas; crit cùm ad

Tom. II.

A fecestotū exhaustus. Nunc mansuetus te cingunt animalia; erit cùm canes multi & tauri pinguis te circumdabunt. Nunc caelestes genii cantant: Gloria in altissimis. Deo, erit cùm ferociens turba clamabit. Tolle solle, crucifixum eum. Nunc lacrymas stillas oculis; erit cùm sanguinem tuto fundes corpore. Atq; haec omnia saluti nostrae pateris. Nos agrotamus, tu bibis pharmacum; nos fuimus sumus, tu subis patibulum. Infinita prorsis benignitas & humanitas apparuit. Salvatoris nostri Dei. Generationem ejus qui enarrabit? Felix culpa, quæ talen meruit habere redemptorem.

§. XI. Quid maxime à Christi amore avocet.

*G*vericus abbas, divi Bernardi discipulus, Puerū Guerricus Bethlehēxi natum velut digito monitr̄as. Ecce, Serm. 2. de Doit, offertib; Iesu, curre obvias maxibus, extende brachia, minis. expande finis. Devotionem tuam tam affectus probet quam actus. Filium, qui tibi natus est, sic magna venerare, suscipe si de, amplexare charitatem.

Hic ille ipse est, quem tot oracula tōque vaticinia cecinerunt ad futurū. Enimvero iis, quorum suo loco facta est mentio, adnumeramus & istud, quod Theologizat Sol Thomas Aquinas posterorū memoriarū consignavit his ipsis verbis, que à tali auctore scripta non censui mutanda: Inventur in historiis, quod tempore Conflantini Augusti & Helene matris ejus inventus fuit quoddam vatis nemis sepulchrum, in quo jacebat homo, auream laminam habens in membris nisi fide pectorē, in qua scriptum est: Christus nascetur ex Virgine; & Mediatoris filium, qui tibi natus est, sic magna venerare, suscipe si de, amplexare charitatem.

Transamus igitur cum pastoribus, & videamus hos verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.

Anno teste est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficiat. Est profectus plurimus, quod è silenti hoc Verbo, caelesti Puerū proficiamus. Quidquid in oculis illis currit, ad meliorem vitam erudit. Hic omnis fastus, incurrit de ambitu, luxuria & luxus daspatantur. Omnia ista, que Puerū Iesu Christi stabulū & præsepe oculis atq; auribus nostris iverunt, attentissime commeditanda sunt, & plenum pravis cupiditatibus exhauiendū pectus. Ante omnia, omnis è pectorē libido eliminanda. Non amat castissimum Virginis Filium, quisquis non odit, & arcit cæcum Veneris puerum. Vbi libido, quantumvis abdita, ibi scelerum lerna, & omnis immunditia seminariū. Atq; hoc est, quod plurimum ab amore Christi mentem abstrahit. Non simul habitant, nec in una sedē morantur Christus & diabolus, Rationis & carnis appetitio. Indulgere libidini, vel in animo solū latentī, omnium malorū est initium. Rationem omnem excludit, qui libidini se permittit. O homo, actū est de te, si pestem hanc animo receperis. Valedic cœlo, & morec; actum est. Nulli vitio non vere pudendum est initium, sed ob hoc latius funditur, & à turpi fine proditur. Non facile continebis, ut desinat, si incipere permiseris. Impurus igitur cogitationibus obſiste, quia facilius, ut dixi, non admittuntur, quā extruduntur admitti. Non vino infirmum animum cōmittamus, non fornicem, non illecebri, non rebus ullis blandè trahentibus. Recedamus à librico, & omnē libidinis vel umbram fugiamus. Ejice hanc felam è toto pectorē, aut nec in tuo quidē diversorio locum caelestis Puer inveniet. Impurus amor initio mella stillat, dum illaqueat; denique fel ingerit morissimum. Fuge blandum impostorem.

Fallit, & ignitum derivat in ossa venenum.

Cave vulnus, quod dolore curandum est, si tamen curationem recipiat. Libidinis initium continebis, si exitum cogitaveris.